

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Liberalitas an  
cum uariis

Socrati cum multa quique pro suis facultatibus offerrent, Escines pauper auditor ait: Nichil, inquit, dignum te quod tibi dare possem, inuenio et ob hoc solo me pauperem esse sencio, tamen dono tibi unum quod habeo me ipsum. Hoc autem munus rogo qualemque est boni cogites. Alii enim cum multum tibi darent plus sibi reliquerunt. Sed ego michi de me nichil reliqui. Nemo enim plus tribuit quam qui sibi nichil reliquit. Cui Socrates: Tu, inquit, magnum munus michi das nisi te tam paruo estimas. Habebo itaque cure ut te meliorem tibi reddam quam accepi. Ecce qualiter Escines hoc munere uicit omnem iuuenum opulentorum munificenciam. Vides quomodo animus inuenit liberalitatis materiam eciam inter angustias, neque existimes illum uilem sibi fuisse, quia precium se sui fecit ingeniosus adolescens. Non ergo quanta queque sint sed a quali prospiciendum est.

Ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Socrati] Melius alexander cum daret ciuitatem cuidam dicenti non conuenire ciuitatem humili fortune sue: respondit. Non quero quid oporteat te accipere sed quid deceat me dare. Socrati (i.e. Liberalitas am) P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quique] queque M, que P V<sup>1</sup>, *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; offerrent] offerret P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; solo] solum V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; cogites] cogita B; darent] daret L<sup>2</sup>; nisi] ubi M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; te tam paruo] tam paruo te (*cor. intra*) B; itaque] ita quorum B; qualiter Escines] quomodo estimes P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sui] sibi P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; a *om.* (*cor. supra lin.*) B